~~210~~

Innocentius episcopus servus servorum dei, dilectis filiis .. generali et provincialibus ministris ordinis fra-
trum minorum salutem et apostolicam benedictionem. Quanto studiosius divine contemplationi vacatis domino famulan-
do, tanto quietem vestre libertati providemus, ne pedes quos lavisse videmini affectu et effectu omnia
relinquendo, cogamini quasi absterrendo iterum inquinare. Cum ergo sicut lecta nobis vestra petitio continebat
de rebus omnibus ordini vestro concessis vel in posterum concedendis per vos, quamvis id exigat frequenter necessitas,
iuxta vestri ordinis instituta disponere nequeatis, nec velitis pro conservatione vestre puritatis servum
dei ne vobis odiosa vagandi tribuatur materia si oporteat vos propter hoc sepius ad sedem apostolicam ad quam rerum ipsarum
spectat proprietas habere recursum, nos quieti dicti ordinis et necessitatibus vestris paterna volentes sollicitudine
providere, presentium vobis auctoritate concedimus ut singulis vestrum liceat in provinciis et custodiis per se vel per
alios fratres suos quibus id duxerint committendum constituere aliquos viros idoneos deum timentes qui pro locorum in-
digentia singulorum res huiusmodi tam concessas quam etiam conferendas auctoritate nostra libere petere, vendere, co-
mutare, alienare, tractare, expendere vel permutare ac in fratrum usus convertere valeant secundum dispositionem
vestram pro necessitatibus vel commoditatibus personarum ordinis memorati, prout vobis pro loco et tempore videbitur expedire. Liceat quoque
vobis eosdem viros sic constitutos a vobis amovere, aliosque ad premissa exequenda sine difficultate qualibet sub-
rogare quotiens videritis oportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infrin-
gere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis
dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Dat. Lugduni VIII kl. Septembris, pontificatus nostri
anno quinto.



Ego Petrus de Musso notarius hoc exemplum ex eius autentico a me viso et lecto bullato bulla plum-
bea domini pape cum filo serico ~~[illegible] more Romane curie~~ fideliter scripsi ut in eius autentico erat obti-
nerat vim eandem, nichil detracto addito vel mutato quod mutet sensum vel variet intellectum, ex precep-
to michi facto a domino Iohanne archiepiscopo Ianuensi. die vicesimaseptima marcii, in palacio domini archiepiscopi Ianuensis,
millesimo ducentesimo quadragesimo octavo [illegible], presentibus fratre Guillelmo priore sancti Saturnini, Henrico clerico [illegible] palacii, Antonino
de Mabano notario. Insuper ut huic pagine plenior fides adhibeatur, dictus dominus archiepiscopus eam iussit sui sigilli
appensione muniri.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 2 (210)

1251.

Marienkirche Z (240)

Copia autentica

di Concessione Apostolica a' Frati Minori di
potere costituire il loro Confessore e Procur.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1757196579-11
DFG

~~210~~.

Innocentius episcopus servus servorum dei. Dilectis filiis .. Generali et provincialibus ministris ordinis fra-
trum minorum Salutem et apostolicam benedictionem. Quanto studiosius divine contemplationi vacantes domino famulan-
do: tanto quieti vestre libentius providemus ne pedes quos lavisse videmini affectu et effectu omnia
relinquendo: cogamini quasi absterrere rerum inquinare. Cum enim sicut lecta nobis vestra petitio continebat.
de rebus omnibus ordini vestro concessis vel imposterum concedendis per vos [illegible] exigente frequenter necessitate
iuxta vestri ordinis instituta disponere nequeatis: nec velitis pro conservanda vestra puritate servan-
da ne vobis odiosa vagandi tribuatur materia si oporteat vos propter hoc semper ad sedem apostolicam ad quam rerum ipsarum
spectat proprietas habere recursum: nos quieti dicti ordinis et necessitatibus vestris paterna volentes sollicitudine
providere. presentium vobis auctoritate concedimus ut singulis vestrum liceat in provinciis eis commissis per se vel per
alios fratres suos quibus ipsi de [illegible] committendum constituere aliquos viros idoneos deum timentes qui pro locorum in-
digentia singulorum res huiusmodi tam concessas quam etiam conferendas auctoritate nostra libere petere. vendere co-
mutare. alienare. tractare. expendere vel permutare ac in fratrum usus convertere. [illegible] sedis dispositione
utrum pro necessitatibus vel commodis predicti ordinis memorati prout vobis pro loco et tempore videbitur expedire. liceat quoque
vobis eosdem viros sic constitutos a vobis: amovere. aliosque ad premissa exequenda sine difficultate qualibet sub-
rogare quotiens videritis oportunum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre concessionis infrin-
gere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit: indignationem omnipotentis
dei et beatorum petri et pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum lugduni. viii. Idus Septembris. pontificatus nostri
anno quinto



Ego Petrus de Musso notarius hoc exemplum ex eius autentico a me viso et lecto bullato bulla plum-
bea domini pape cum filo serico [illegible] more romane curie fideliter scripsi ut cum autentico eius ob-
tineat vim eandem. nichil deposito. addito. vel mutato quod mutet sensum vel variet intellectum. ex precep-
to michi facto a domino Iohanne archiepiscopo Ianuensi. die vicesima septima Marcii. In palacio domini archiepiscopi Ianuen-
sis millesimo ducentesimo quinquagesimo primo. presentibus fratre Guillelmo priore sancti Siri. henrico clerico dicti palacii. Antonino
de Mahano notario. Insuper ut huic pagine plenior fides adhibeatur. dictus dominus archiepiscopus eam iussit sui sigilli
appensione muniri.

Universitäts- u. Landesbibliothek Sachsen-Anhalt Halle/S.
Morbio 2 (210)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1757196579-11